

tionis seorsus uterque, quorum corruptioni neuter defuisset. Cum ergo Deipara Virgo suo modo nostra redemptrix fuerit, pretium sanguinis Filio suo tribuens, quo nos ipse redemit, consequens est, ab omni peccato originali alienissimum fuisse: sicut enim, ut ait Paulus de Christo redemptore loquens (ad Heb. 10): *Talis decebat nobis ut esset pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, et exorsior caelis factus*; sic etiam, Virginem, Christi coadiutricem, et sociam in reparatione generis humani oportebat et coelo ipso puriore esse.

Sed iam aliter exponamus praeadducta verba Genesis, quae post Adae infelicem casum cruentissimo serpenti dicta fuerunt: *Ipsa conerit caput tuum* (Gen. 3): His quidem non obscure mihi persuadeo, immaculatam Virginis conceptionem aperte comprobari. Cum enim serpens de Eva victoriam reportaverit, constat verba illa de b. Virgine caput serpentis contere in intelligenda esse, quae ut altera Debora tyrannum deridens, dicere potuit in instanti suae conceptionis (Judic. 4): *In hac vice non reputabitur tibi victoria*: per caput autem serpentis intelligit d. Augustinus originale peccatum (super. Gen.): *sane originali peccato omnes sumus in utero materno ingulati*, ut eleganter dixit d. Bernardus (ser. de 12. gradib. humilit.): *omnes nascimur morituri, et tamquam absorpti nascimur mortui, quia in utero matris sumus a serpente strangulati*; ac tanta fuit Virgini divinitus data fortitudo in conceptione sua, ut hoc diaboli caput, peccatum scilicet originale, penitus contereret; quod sane si secus accidisset, potius diabolus Virginis caput contrivisset, eius conceptionem maculans, quae caput fuit et principium curriculae totius eius vitae. Hanc diabolici capitis contritionem egregie adumbratam contempserit in fortissima illa Iudith (c. 1. et 3): postquam enim Nabuchodonosor expugnauerat Ecbatanem inclutam urbem, a rege Arphaxad constructam, decrevit alias omnes imperio suo subiugare; quod, ut praestaret, misit Holofernem ad subiciendam sibi Bethuliam (Iudith 7): at occurrens illi mulier quaedam hebraea, nomine Iudith (c. 13), caput eius mira fortitudine, evaginato ense, amputavit. Non secus, cum primum superavit Adam evitatum ferentem, continuo omnes, nomine excepto, sibi subiugare diabolus tentavit: sed mulier quaedam hebraea, nomine Maria, imperio suo minime se subiecit; quin potius caput eius contrivit, in magnum ipsius dedecus et confusionem, ut et verba, quae milites Holofernis tunc protulerunt, aperte praesignificaverunt (Iudith 14), dicentes: *Una mulier Hebraea fecit confusio-nem in domo Nabuchodonosor*. Cum enim diabolus de inegerrima Virgine victoriam reportare sperasset; e contra vero illasus, et expugnatus ab ea remansisset, non potuit non turpissimum pati confusio-nem: quemadmodum etiam, id referente sacra Scriptura, Iudith (c. 15) donata fuit omnia Holofernis spolia, eo quod caput illius praecidisset: ita beatissimae Virgini, quae caput doemnis, hoc est originale peccatum, quod principium et caput est reliquorum peccatorum, contrivit; omnia gratiae spolia, quae daemon ante miserum eius casum possidebat, concessa fuerant: inter quae illud

unum magni momenti fuit, ut in gratia, instar angelorum oriretur, nullius peccati labem agnoscens. Unde, sicut de eadem Iudith (ibid. 8) dicitur: *Nec erat, qui loqueretur verbum malum de ea*; ita oportet ut nemo sit, qui malum alicuius in Virginis conceptionem irrepsisse ore suo audeat proferre. Tandem praedicta omnia, quae de capite daemnis per Mariam contrito in medium prodiximus, egregie confirmant Davidica illa verba ad Virginem relata: *Super aspem, et basiliscum ambulabis, et conculabis leonem, et draconem* (Psal. 90): beata enim Virgo non solum leonem, et draconem actualium peccatorum expugnavit, sed etiam aspem, et basiliscum, quibus originale peccatum obumbratur; quia sicut basiliscus serpentem rex et caput est, ut indicat ipsum nomen graecum, ex quo latinum deductum est, et solo oculo- rum aspectu etiam ex distanti loco intuens homines occidit; ita peccati originalis leterrimus basiliscus ex distanti illo paradisi loco per Adami oculos, velut per cancellos nos prospiciens, pestifera fascinatione lethaliter nos omnes infectit. Modus etiam satis in Ecclesia Dei usulatus in depingenda b. Virginis conceptione, dum illam pede draconem conculcantem pictores describunt, satis indicat, cum primum concepta fuit, caput illius contrivisse. Ut enim ex naturalibus historiis refert Rupertus (3. de Trin. c. 20): tanta est inter mulierem, et serpentem, seu draconem antipatia, ut si illa pedem super caput eius imponat, continuo illum interfere compellat: Verba Rupertus sunt haec: *Si nuda mulieris planta dente serpentis praecenerit, et vicissimum caput eius vel lecter praesenserit, statim totum cum capite corpus repente interit, ita ut nullum omnino motus, nullus sensus in aliqua parte residuus sit*. Non secus inter beatam Virginem, et diabolicum serpentem iam singularis extat antipatia ac inimicitia, Deo ipso (Gen. 3) dicente: *inimicitias ponam inter te, et mulierem*; ut cum ipse calcaneo Virginis insidiaretur, peccati originalis venenum in illam evomere tentans, ipsa mundissimo suae conceptionis pede illum conculcans, caput contriverit. Narrat fabulosi auctores, antiquos fluxisse deam Palladem ex cerebro Iovis natam, galea, et lorica armatam, et fortem hastam in manu tenentem, et mundo formidabilem foras prodixisse: huius fortitudinem tantam esse asserunt, ut veneficum quemdam ingentem draconem, et omnibus infestissimum enecaret: fabulosam hanc narrationem, velut verissimam historiam deiparae Virgini adscribere possumus, cum ab instanti suae conceptionis, adeo fortis, expugnabilis, et omni spiritualium armorum genere praemunita prodierit, ut non solum antiquus serpens peccati veneno illum inficere non potuerit, sed nec contritionem sui capitis ulla ratione praecavere valuerit, Deo ipso illi dicente: *Ipsa conerit caput tuum*; cui sit honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA IV.

Deum singularem curam habuisse, ut immunit esset conceptio beatae Virginis a peccato originali, cuius natura more concionatorio explicatur; simulque ostenditur, doctrinam hanc coelitus esse delapsam; et rationes aperuntur, ob quas delectus, ut adhuc sub dulcice sit (1).

Si clarissimi viri Gamalielis, quondam magistri d. Pauli, ad cuius pedes multa ipse se didicisse fatetur, solidissimam doctrinam, et omni exceptione maiorem consulamus, reperimus sententiam asserentem immaculatam Deiparae conceptionem, doctrinam coelitus esse delapsam; Gamaliel enim in publico concilio, cum de apostolorum doctrina acriter altercetur, mille sophysmatum tela in eam conicientibus, alta voce dixit (Act. 5): *Sinite illos, quoniam si est ex hominibus consilium hoc, aut opus, dissolvetur: si vero ex Deo est, non poteritis dissolvere illud, ne forte et Deo repugnare inveniamini*. Non dissimiliter, si asserito immaculatam Virginis conceptionem adstruens falsa fuisset opinio, aut humanum consilium, firmisque fundamentis non immitteret, certe, tot fortissimis oppugnatoribus acriter illum labefactare conatibus, iam devota ac superata, penitus corruiisset: at, cum e contra certe accidat, experientia ipsa comprobante, ut in dies nova incrementa suscipiat, ac tenacius quotidie fidelium etiam doctissimorum mentibus inhaereat, et Ecclesia catholica magis, ac magis in illam propendat, non leve argumentum esse arbitror, iuxta sententiam Gamalielis legis doctoris honorabilis (sic enim eum vocat sacer textus), doctrinam hanc ex Deo esse, et non humano solum ingenio adinventam. Ad eam tamen magis elucidandam, praesupponere oportet catholicam veritatem, quam docet sacrosanctum concilium Tridentinum (sess. 5. decreto de peccato originali), nempe post peccatum primorum parentum per traditionem naturae traduci etiam peccatum originale unicuique proprium, quae, ut ibidem ait concilium, *mors est animae*: quod sub egregia metaphora praedixerat Ezechiel (c. 18): *Patres comederunt vicam acerbum, et dentes filiorum obstupescunt*: sed clarius, et absque illo tropo Hieremias (Thren. 7): *Patres nostri peccaverunt, et non sunt, et nos iniquitates eorum portavimus*. Multi haeretici veritatem hanc oppugnaverunt, inter quos acerrimus fuit Iulianus apostata, qui, ut refert d. Augustinus ad Valer. (de nuptiis, cap. 28. tom. 7), dicebat: *Non peccat iste qui nascitur, non peccat ille qui genuit, non peccat ille qui condidit: per quas igitur rimas, inter tot praesidia*

(1) Doctrina de immaculata Virginis conceptione in primo instanti nunc sub iudice non est, sed ab anno 1854, tota Ecclesia plaudente, definita fuit uti dogma fidei a summo totius catholici Pontifice Pio IX f. r. — Nos in fine homiliae tractantium de hoc dulcissimo mysterio, subnectemus bullam praedictae dogmaticae definitionis.

innocentiae, peccatum fungis ingressum? huic haereticae obiectioni respondet d. Paulus (ep. ad Roman. 5), ostendens rimas, per quas ad nos penetravit peccatum: *per unum, inquit, hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors, et ita in omnes homines mors pertransiit*. Modum autem, quo subintrat peccatum originale, antequam explicem, placet familiari quodam exemplo eidem Iuliano respondere: Certe, si frumentum, quod terrae mandat, consideres, nec in eo paleas reperies, nec illae in manu seminantis adsunt, nec in terra, in qua scribitur, praecerant, neque tandem cum pluvia coelesti, quae haec irrigatur, decidunt; et nihilominus frumentum postea palea involutum nascitur: Non secus, peccatum originale nec erat in anima, quae secundum se omni macula caret, nec erat in manu Dei creatis, cum ipse sit fons totius puritatis, neque in utroque parente generale, quos suppono iustos et sanctos esse; nihilominus tamen dum per naturalem propagationem peccati tangit carnem ex primo illo praevicatore ortam, in quo omnes nos peccavimus, peccati turpitudinem contrahit. Atqui hac sine dubio tendunt verba August. de verb. Apost. serm. 14. dum ait: *Pone iustum baptizatum, tamquam granum purgatum, et non attendis, quia de grano purgato nascitur frumentum cum palea, sine qua seminatum fuerat? quo autem modo id fiat, in hunc modum debet explicari, i. nimirum, quod Adam fuit constitutus a Deo caput suae posteritatis tam naturae, quam morale: naturae quidem, quia omnes posteri ab eo erant per naturalem generationem propagandi: morale vero, quia in illius deliberatione constituit Deus tam pro se, quam pro filiis suis permanentiam in statu innocentiae, vel culpabae illius amissionem. Unde in voluntate Adae moraliter constituit Deus voluntates omnium posterorum: ex quo fit, ut ipso transgrediente divinum praeceptum, omnes in illo transgressores facti sint; quoad sufficientiam quidem, antequam generarentur; quoad efficaciam vero, quando actu gentis sunt: tunc enim actu contrahunt peccatum ipsam originale, quod licet non fuerit voluntarium actu proprio et formali, vere tamen quasi virtualiter, et interpretative, in actu primi parentis, quatenus in eius voluntate, ut in capite morale, omnium voluntates continebantur, et omnes in illo unum erant. Hae duplici exemplo Angelici doctrinam (1. 2. q. 80 art. 1) magis explicamus. Primum exemplum est ex corpore humano sumptum, in quo voluntas animae est voluntas etiam membrorum, quatenus anima est principium motuum ipsorum, et inordinatio actus externi dicitur illis alio modo voluntaria, quatenus concititur ad eum, ut instrumentum motum ab ipsa animae voluntate: consimili ergo ratione voluntas Adae, voluntas dicitur posterorum, quatenus Adam est principium movens illos motu generationis ad actum essendi; et inordinatio peccati originalis dicitur illis voluntaria, non voluntate propria, sed voluntate Adae, tamquam capitis utentis illis veluti instrumentis, movendo unumquemque motu generationis ad actualiter existendum. Secundum exemplum ad-*

ducit ex civilibus: omnes namque cives pro uno corpore reputantur, et quod reipublicae capita efficiunt, omnia illius membra fecisse dicuntur, ut non obscure constat in voto. Certe, nihil magis voluntarium debet esse, quam votum, et nihilominus, ut votum ieiunii alicuius civitatis obliget futuros cives nondum natos, sufficit votum illud emissis non per seipsos actu proprio, sed per actum eorum, qui capita erant reipublicae, in quorum voluntate censebantur eorum voluntates moraliter existere: Ad eundem ergo modum, quia voluntates omnium posterorum continebantur in Adamo, velut in capite morali, originalia eorum peccata censentur voluntaria, quatenus membra erant illius capitis: Haec igitur supposita catholica veritate originalis culpa, quae peccatum dici solet naturae, non personale, quia per naturalem propagationem traducitur in natura, et non per actum proprium illius personae, quam maculat, constanter asserimus, quod licet peccatum primi parentis ob rationes adductas, habuerit sufficientiam ad maculandum beatam Virginem, sicut et reliquos posteros Adae, re tamen ipsa non habuit efficaciam inferendi ei maculam aliquam: quia Filius Dei praevidens illam ipsius matrem futuram, divina sua gratia, ne inficeretur, illam praemunivit. Observavi non semel, cum intutus suum hostias conserandas, fieri quod in illis imago imprimeretur, dum ferris ipsa coniunguntur, sequae osculabantur: at certe, cum frigida erant, figuram aut imaginem Christi non exprimebant, si vero calida, confestim sacram illam similitudinem recipiebant: non dissimiliter, culpa originalis non inficit animam, nisi quando corpori infunditur, et in coniunctione cum eo ipsum exsculatur. Illud ergo interfuit inter B. Virginem, et reliquos posteros Adae, quod hi tanquam frigidi sufflante, ac sibilante vento aquilonari peccati originalis (*Hierem. 1*): quia ab Aquilone panditur omne malum, non receperunt sacram imaginem florum Dei; at beatissima Virgo, quia Spiritus sanctus, qui non solum essentialiter, sed et personaliter prae omnibus aliis divinis personis ardentissimus amor est, eam in sponsam praecelegerat, in dotem et arras solitas in sponsalitiis dari, ignem sui amoris copiose adeo effudit, ut a principio suae conceptionis, velut mollis cera Deo in imaginem per habitalem gratiam in se receperet, quam postea tempore Incarnationis secundum divinam ipsam substantiam, corporaliter erat receptura. Unde quemadmodum foeminae, quando aliqua maiorum suorum debita solvenda sunt, ne a creditoribus opprimantur, ad iudicem confugere solent, ut eam in dote protegat, atque defendat; ad eundem modum, certum est, plurima debita ob Adae peccatum humanum genus contraxisse: at B. Virgo cum accepit gratiam in dotem, angelo dicente (*Luca 1*): Ave gratia plena, in hac dote protegenda est, et liberanda a solutione debitorum, ad quae alii tenentur. Unde si lex dicat, debitum esse, ut mulieres cum dolore pariant filios: respondere poterit, partem suae dotis esse gratiam praeservantem illam ab eo dolore; atque adeo ad

illud debitum solvendum minime teneri: Et, si proclamet lex illa (*Gen. 3*): Pulvis, es et in pulverem revertetur, Virginem in pulverem revertendam; respondebit etiam, ab hac corruptione gratiam praeservantem partem suae dotis esse, ac ideo solutionem huiusmodi debiti non esse ab ea exigendam. Similiter, si lex dicat, omnes ex Adam originem ducentes, in peccato fore concipiendos; dotem, et arram suam dicet esse gratiae plenitudinem, atque adeo ab hoc communi debito reipsa solvendo immunem esse. Praeviderat regis Vates hanc Marianam praerogativam ac singularem excellentiam, cum dixit (*Psalm. 44*): Adstitit regina a dextris tuis in vestitu de aurato circumdata varietate; statim enim in primo conceptionis instanti regina nostra a dextris Dei extitit, nunquam nec puncto quidem temporis adstitit a sinistris; tunc vestitum induit gratiae deauratum; tunc circumdedit eam omnium virtutum varietas. Divus Hieronymus, ubi septuaginta verterunt varietate, vertit scutulatas vestes dicens: fasciis aureis vestita est, in scutulatis ducetur ad regem. Scutulatae vestes dicuntur, quia orbibus, et scutulis distinctae erant. Certe beatissima Virgo aureis charitatis fasciis in ipso matris utero vestita fuit, et scutulatis gratiae vestibus amicta. Merito autem vestes gratiae illius scutulatae appellatur, quia mille scula peccato opposuit copiosa illius gratia; Salomone (*Cant. 4*) dicente: Mille clypei pendunt ex ea, omnis armatura fortium, quorum sams fortitudinem peccati originalis arma minime expugnare, aut infringere poterunt. Verum silentio non praeteribo, quod in propositis verbis David, ni fallor, alludit ad varietatem ornatus vestium, quibus sponsae olim utebantur, qui in eo consistebat, ut eodem genere vestimenti, et coloris se ornantes, quo sponsi eorum induebantur, incederent: Unde, sicut illi suorum maiorum imagines pulchre depictas portabant, similiter et ipsae, ut hoc symbolo indicaretur, sponsam haerem esse virtutum illorum omnium maiorum, quorum imagines in veste exaratas gerebat: inde Propertius dixit: Autentem in die desponsationis suae ornata veste, quae maiorum suorum effigies continebat, in publicum prodiisse. Cum igitur B. Virgo induatur eodem genere vestimenti, quo Filius, hoc est, luce; sicut enim (*Psalm. 103*): ipse est amictus lumine sicut vestimento, ita et ipsa amicta sole, et luna sub pedibus eius: et sicut Christus induitur varietate, ut Isaias (*c. 49*) dixit: his omnibus, velut ornamento vestieris; eadem, et ipsa vestitur, ut ait David (*Psalm. 44*): in vestitu deaurato circumdata varietate: manifestum ergo relinquitur, turpi illa peccati originalis veste minime fuisse indutam, sed perpulchra illa, in qua imagines progenitorum suorum descriptas ferebat; Abrahae scilicet obedientiam, Isaaci patientiam, Iacobi amorem, Davidis mansuetudinem, et Salomonis sapientiam ostentantes. Sed neque in his solum bonis arborit B. Virginem suis maioribus successisse, sed etiam in singularibus beneficiis, quae divinitus illis collata fuere; sic enim varietas illa magis innotescit. Intueamur primum Abraham: hunc le-

gimus, Deum ab Ur Chaldaeorum liberasse (*Gen. 10*). Isaacum videmus eodem temporis momento, quo gladius patris caput eius praecidere pergebat, divinitus fuisse admonitum, ne quidquam mali puero inferret (*Gen. 32*). Cum etiam Esau (*Gen. 32*) armata multorum militum acie fratrem suum Iacobum invasit, ut totam eius domum devastaret, angelus Domini praesto adfuit, ut ab eo malo illum praeservaret. David etiam (*1. Reg. 26*), quando Saul adeo illum obsidione circumdedit, ut non aliter ab eius manibus eripi posse videretur, quam per aera volitans, ad quod alludunt verba eius, cum in hac persecutione dixit (*Psalm. 10*): Transnigra in montem sicut passer; novimus quidem tanto Dei favore fuisse praemunitum, ut non solum manus eius evaderet, sed eius hostem in manibus suis daret (*Jos. 1*). Quod si ad Raab mentis oculos convertamus, sacra commemorat eloquia, quod quando domus universae urbis Iericho devastatae, et solo aequatae fuere, sola huius foeminae habitatio et domicilium ex singulari privilegio eversioem non incurrit (*Gen. 38*). De Tamare deinde compertum satis est, quando iam iam ad mortis supplicium in publicum erat duenda, neminem inventum, qui eius sanguine manus suas inquinare auderet. Ac tandem, si per alia non pauca sacrae Scripturae testimonia, iis persimilia pervagari vellem, dicendi materia nunquam, bene quidem tempus mihi deficeret. Si ergo Deus tam sollicitam curam adhibuit, ut progenitores Virginitatis a corporis periculis eriperet, quis poterit inficiari eandem, ut minimum, adhibuisse, ut in periculo illo gravi incurrendi spiritualium animae mortem, Matrem suam praecustodiret, et praerberet, quam tanto magis prae illis diligebat, quanto a piissimo filio ardentius mater, quam servi diligunt? His ergo ornatis vestimentis induta B. Virgo per Isaiam (*c. 61*) dixit: Gaudens gaudebo in Domino, exultabit anima mea in Deo meo, quia induit me Dominus vestimentis salutis, et induendo iustitiae; vel, ut alia versio habet, quia induit me Dominus vestimentis Iesu. Unde sicut vestimentum Christi Domini fuit iustitia, et sanctitas; hoc eodem vestimenti genere beatissima Virgo ex meritis Filii sui induta semper fuit. Tandem, dum hodierna die audio ab Ecclesia catholica in laudem Virginis adduci verba Matthaei (*c. 1*): Liber generationis Iesu Christi, non incongrue per illa pato mystice significari, beatissimam Virginem librum fuisse omnium peccati adeo experient, ut nec in prima eius impressione ullus irreperisset error: alioqui omnes in conceptione, velut in prima eorum impressione, turpem illum errorem incurruerunt, de quo David (*Psalm. 57*): Omnes erraverunt ob teo. Hic autem sacer liber, in quo conceptio Patris scriptus fuit; iuxta illud Isaias (*c. 8*): Sume tibi librum graudem, et scribe in illo stylo hominis, quia in ea Verbum caro factum est, peccati originalis errorem penitus nescivit. Iob dicebat (*c. 28*): Sapientia ubi habitat? in quo libro invenitur? Multi quidem libri varia Deo attributa explicant: inter eos, quos Salomon composuit, unus extat, qui dicitur, liber Sapientiae, qui divinam sapientiam mirifice o-

stentat. Moyses scripsit alium, quem liber Genesios vocavit, in quo eximia Dei potentia in productione rerum ex nihilo enitet: librum alium in lucem edidit d. Matthaeus (*c. 1*), cui titulus est: Liber generationis Iesu Christi, in quo Dei bonitas praecipue effulgat (*Ioann. 3*); sic enim Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret; et, ut ait Paulus, (*Gal. 4*): factum ex muliere factum sub lege: sed omnes hos libros longo intervallo excellit sacer hic liber beatae Virginis; tum quod singula, de quibus illi pertractant, nimirum, de potentia Patris, de sapientia Filii, de bonitate Spiritus sancti, simul ille in unum complectitur; nam, dum in visceribus eius, velut in candidissima papryo Verbum Dei abbreviatum rubicundo virginei sanguinis atramento exaratur, omnia illa mirifice fulgent: in generationem enim Dei hominis ex Virgine, Patre potentiae thesauros, sapientiae Filii, bonitatis Spiritus sanctus copiosissime effunderet, cuius sane effusionis participes adeo facta fuit beatissima Virgo, ut excellentiae illius culmen soli Deo notum, humano autem, et angelico intellectui prorsus ignotum sit: Licet enim beatissima Virgo liber sit, sed non aperta, sed clausus septem sigillis, ut vidit Ioannes in sua Apocalypsi (*c. 5*); quod tametsi in plerisque aliis mysteriis ad Deiparam spectantibus verum sit, verius tamen in stupendo hoc immaculatae eius conceptionis, ut in prima Evae formatione egregie adumbratum reperit. Ut quid enim Deus produxit Evam (*Gen. 2*), dormiente Adamo, nisi quia volebat ut productio illius non innotesceret Adamo, sed solus ipse oculatus eius esset testis? praesignificans in hoc productionem, seu conceptionem secundae Evae, hoc est, beatae Virginis, ita mirabilem futuram, ut soli ipsi Deo innotesceret, et cui voluerit ipsa revelare. Quod adeo verum est, ut quamvis Deus perplura alia obscurissima arcana Ecclesiae suae manifestaverit, immaculatae tamen conceptionis Matris suae mysterium occultaverit, noles hanc veritatem a Sede apostolica, tanquam catholicam fidei assertionem definiti, cuius divinae dispositionis, utpote secretissimae, causas investigare licet difficile admodum sit, eas tamen quae nobis occurrunt, in medium producere non erubescam. Prima sit, quod, ut s. Epiphanius Haer. lib. 3. to. 2. refert, nonnulli fuerunt, qui tantum honoris beatae Virgini detulerunt, ut eam tanquam veram Deam colerent: et quidem Uberianus (*lib. 4. de vita Salvatoris*), commemorat s. Dionysium, cum primum illam vidit, dixisse, quod, nisi fides sibi obsesset, putaret, illam Deum esse; quia ergo non pauci rudes homines, si exploratum habuissent, beatissimam Virginem non contraxisse peccatum originale, facile deciperentur, illam Deum esse putantes, ideo noluit Deus eos certos facere de hac veritate: Si enim olim, d. Paulum (*Act. 20*) ad Mileti insulam pervenientem, influentes incolae illius, quod invadente illum viperam, nihil veneni in eum eveniit, nec momordit, aut quidquam damni ei intulit, acclamantur omnes illum esse Deum; quanto facilius indocti homines, si Cerri fuissent, viperam peccati originalis, alioquin omnes filios Adae veneno suo inficientem, beatam Virginem non tetigisse, Deam esse arbitrarentur? Dispo-

suit ergo divina sapientia hanc veritatem de Immaculata Virginis conceptione sub opinionum tegumento latere, ne si id certum omnino ferret, inde ruidibus hominibus occasio daretur pristinum illum errorem reficiendi, quem d. Epiphanius praecellato loco commemorat. Secundam, eamque certissimam causam arbitror, quod ea propter sub opinionis involucris latet, ut tanto solertius, ac diligentius propugnatores immaculatae conceptionis ad eam ab omni labe vindicandam animum adicerent; ut enim dixit d. Augustinus (lib. 16. de Civit. Dei cap. 2): *Multa ad fidem catholicam pertinentia, dum adversarios callida inquietudine agitantur, ut adversus eos defendi possit, et considerantur diligentius, et intelliguntur clarius, et instantius praedicantur, et ita ab adversario mota quaevis, discendi existit occasio.* Sane propositae controversiae occasione stupenda, quae latebant, beatae Virginis enomia cum immortalis eius gloria in lucem prodierunt. Conservari quidem reginis non semel fieri sericas vestes aurea late intus subornatas, quae data opera per varias partes scinduntur, ac lacerantur, ut per scissuras ac foramina arborum splendor intus latens effulgeat: non secus arbitror divinam providentia factum, ut pauci quidam immaculatam Virginis conceptionem lacerarent, ut, cum omnis gloria filiae regis ab intus sit (Psal. 44), ut Davidicis verbis utatur, interius eius splendor eorum impugnatione magis effulgeret. Unde contigisse arbitror, quod quemadmodum in rebus naturalibus per antiparistasim contraria contrariis augentur, ita per involuntariam quamdam antiparistasim, illibatam Virginis conceptionem oppugnantes magis ac magis illam elucidant, dum, vel omnia illorum tale in eos retorquentur, vel nullius roboris esse ostenduntur, ut penultimam homiliam huius primi libri legenti illis constabit. Dicendi ergo finem facti verbis illis Danielis (c. 12): *Tu autem Daniel claudere sermones, et signa librum usque ad tempus statutum: plurimum pertransibunt, et multiplex erit scientia: ac si diceret: Nondum adventum tempus praefinitum, ut veritas haec tamquam de fide definiatur; interim tamen, dum clausa est, dum sub opinionum velamine latet, multiplex erit scientia, hoc est, ut ait ibi Glossa interlinearis, *diversi diversa opinantur.* Scio locum hunc optime intelligi de Ecclesia catholica, et impugnationibus illius: at satis constat apud catholicos, ea quae de Ecclesia catholica in sensu literaliter intelliguntur, frequenter a patribus, imo et ab ipsa Ecclesia beatissimae Virginis mystice accommodari. Cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.*

HOMILIA V.

Prosequimur idem argumentum, duplicem aperientes viam, qua intelligi potest, Deum facile beatam Virginem a peccati originalis macula praeservasse.

Ut duplex haec via ad beatam Virginem ab originali labe praeservandam clarior omnibus innotescat, praemittere oportet duplicem conditionem apprime necessariam extitisse ad huius

peccati maculam contrahendam: prima, ut non solum primus parens esset caput naturale suorum posterorum, sed et morale, hoc est, ut non solum esset radix totius humanae sobolis, sed insuper etiam per speciale pactum Dei, caput omnium eligeretur; ita ut Deus omnium voluntates in eius voluntate hac ratione constitueret, ut si ipse iustitiam originale vel conserasset, vel amisset, omnibus eam retinuisse, vel omnibus eandem perdidisse iudicaretur. Cum enim peccatum oportet esse formaliter, virtualiter, aut interpretative voluntarium; ideo ad id opus fuit, ut Deus omnium voluntates in voluntate Adae collocaret, ut sic eo peccante, omnes eius filii per seminatalem rationem propagati, peccatores censerentur, non per proprias voluntates, sed per voluntatem capitis, cuius membra sunt. Secunda conditio est, ut praecipuum, seu lex imposita Adae ad omnes eius posteros pertineat, quatenus in illo continebantur: nam, ut Apostolus (ad Rom. 4) dixit: *ubi non est lex, nec praevicatio: ad contrahendum igitur peccatum originale, oportet utramque hanc conditionem omnino subsistere.*

His praeiacis fundamentis, communi omnium consensu admissis, bifariam assertores immaculatae conceptionis Deiparae Mariae, praeservationem a peccato originali intelligi posse arbitrantur. Graves enim quidam doctores, et partim ex illustrissima Praedicatorum familia, affirmant, beatam Virginem non solum non contraxisse peccatum originale, sed nec debitum incurrendi illud: unde aiunt, non solum non peccasse in se, sed nec in Adamo: hi sunt Galatin. lib. 7. de arcan. cathol. verit., et Catherin. lib. de pecc. orig. et lib. de concep. ad syn. Trid. (par. 1. cap. 4); existimant enim, beatam Virginem exceptam fuisse per merita Christi a Deo praevisa in pacto illo cum Adamo inito, quod si ipse peccaret, omnes eius posteri per naturalem propagationem traducti, contracturi essent debitum incurrendi peccatum originale: Atque hoc, inquit, fuisse optimum genus redemptionis, quod beata Virgo ob eximiam Matris Dei dignitatem prae omnibus aliis redimi debebat; ad eum certe modum, quo si quis, cum ei venditur foemina aliqua in servam, ex ceperit in contractu primum filium, nec servus nascatur; certe talis filius excellentiori modo esset redemptus et liberatus, quam si postquam captivus extitisset, libertate donaretur: ad eum etiam modum, quo sicut dominus fundi, habens sibi obligatos fructus antequam nascantur et actu sint in re, potest tunc illos vendere, accepto pretio pro illis, taliter, quod secundum esse, quod postea actu, et formaliter habituri sunt in rerum natura, namquam sint debiti, vel obligati domino fundi, sed emptori, qui iam solvit pretium pro illis: ita b. Virgo, prout erat in suis parentibus, seu in quantum individuum erat naturae humanae, secundum rationem seminale propagatum, peccato debet quidem in Adamo, ut in sua radice, secluso privilegio; ab hoc tamen debito fuit exempta per beneficium, et privilegium, excipiens eam a pacto illo cum Adamo inito; non datum est, ut namquam esset debitrix peccati, sed solum Dei, et Christi filii eius. Equi-

dem modum hunc praeservationis possibilem fuisse Deo nemo catholicus negabit; cum legislator Deus nulla necessitate coactus, sed ex mera sua et libera voluntate pactum initum cum Adamo, universalemque legem condidit, a qua potuit pro libito quemcumque vellet excipere, ita ut in eo pacto minime illa comprehenderetur. Quod ita factum fuisse fundatur in probabili opinione gravissimorum doctorum asserentium (Scot. in 3. sent. a. 7. q. 3. Alens. 3. p. q. 2. memb. 9. Alber. Mog. lib. 8. de lib. arb. c. 1. art. 2. Cater. op. de ex. Chr. praed. Jacob. de Valentia ser. 81. et 102), quod etiam Adamo non praevicante, Verbum caro fieret; tunc certe Christus Dominus, et Mater eius praedestinati fuere ante praevisionem casus primi parentis, et sic ex praevisionis meritis Christi Domini potuit excipi in futuro pacto cum Adamo; decessisse autem ita fieri, iudice revera Deum optimum maximum effecisse, satis id persuadet, quod Dei genitricem apprime deceat, quantum fieri possit, in fragili natura esse magis alienam, et elongatam ab omni labe peccati: nam si, ut dixit d. Anselmus, oportebat, Virginem ea puritate nitere, qua sub Deo maior intelligi nequeat, consequens est, praedictum modum puritatis sibi convenire per praedictam elongationem; ita ut non solum non contraxerit peccatum, sed nec debitor fuerit illud contrahendi, ex meritis Christi; atque adeo cum modus iste possibilis, et intelligibilis sit, tribuendum est beatae Virgini iuxta sententiam d. Anselmi. Atque huius praeclearam figuram hunc modum dicendi adumbrant legitimus, ubi rex Assuerus reginae Hester (c. 15) dixit: *Noli meture. Non morieris: non enim pro te, sed pro omnibus haec lex constituta est: accede igitur, et tange sceptrum.* Non secus, inquit, praedicti doctores, lex incurrendi peccatum originale lata non fuit pro b. Virgine, immo ab ea excepta propter sceptrum crucis Christi, ob cuius merita praevisa tantum privilegium ei donatum fuit.

Nonnulli vero ex eisdem assertoribus, (Cordub. tract. de Concep. Suarez 3. p. q. 27. disp. 3. ser. 2. Thomistae omnes communi consensu) ac propugnatoribus immaculatae Virginis conceptionis, omnino dicendum autumant, beatam Virginem, licet non contraxerit peccatum ipsum originale, contraxisse tamen debitum illud incurrendi, quia comprehensa fuit, sicut ceteri, in pacto inito cum Adamo: sicut enim, si ille non peccasset, iustitia originalis omnibus eius posteris absque exceptione donaretur, ita et carentia illius, ob peccatum primi parentis, eos omnes tetigit, fuit enim peccatum originale persimile leprae, quam Giezi prophetae famulus contraxit; cum enim a Naaman Syro, quem propheta leprae contagioso morbo liberaverat, ille munera quaedam accepisset, ira percussit Helisaeus, in hunc modum eum maledixit (4. Reg. 5): *Lepra Naaman adhaerebit tibi, et semini tuo in sempiternum;* quod quidem, sicut praedixit propheta, re ipsa factum est, quia Giezi lepra laborare coepit, et omnes eius posteri eam contraxere: ad eundem modum propter praevicacionem Adami, munera illa a serpente ei oblata acceptantis, qui dixit ei: *Eritis sicut Dii* (Gen. 3). Deus ei, et omni eius posteritati male-

dixit; adeo, ut non solum ipse peccaret, sed per quodam contagione omnes eius posteri naturaliter modo propagati peccati originalis lepram sibi contraherent, ad quod non incongrue applicari possunt verba illa Ieremiae (c. 11), *ad coecum loquelas grandis exarsit ignis in ea, et combusta sunt fructa eius;* loquela namque audita Evae tortuosus serpens sibi infecta primus parens peccati virus concepit, ac illud in posteros suos evomit; licet tamen b. Virgo, quia erat in Adamo, sicut ceteri, tanquam in radice, ac principio suo naturali, et morali, peccato originali infici debebat, ob divinae tamen gratiae illam praeservantis mirabile antidotum nequam infecta fuit. Quemadmodum enim, ut refert eruditus auctor Ioannes Baulinus (ser. de concep. in prin.), auctoritate Plinii id confirmans, apud Indos invenitur serpens quidam, nomine *Altuso*, prae omnibus aliis serpentibus veneno abundans: hic quandam arborem, maximo odore fragrantem, ac dulcissimum fructum ferentem, tanto odio prosequitur, ut radicem eius virulentum suo halitu inficiens, flores, ac fructus eius penitus perdat: nam infecta radice arboris, ex consequenti rami ab ea infectum humorem sugentes inficiuntur: addit tamen, cultores arborum, ad hoc damnum praevicandum, illud praesentissimum invenisse remedium, confectio-nem quandam ex theriaca arboris germina inungunt, per quam a radicis infectione contrahenda omnino praeservantur: non secus infestissimus serpens antiquus pulchram illam humanae naturae arborem, quam ad imaginem suam Deus creaverat, suavissimum iustitiae originalis odorem exhalantem, ac dulcissimos bonorum operum fructus germinantem, invidiae odio prosequens, iuxta illud Sapientis (cap. 2): *Invidia autem diaboli mors introitus in orbem terrarum;* radicem eius, hoc est, primum parentem humani generis primordium, peccati veneno infecit, et in eo etiam consequenter ramos ex eo oriundos maculavit; ut tamen haec infectio ad ramum, seu germen b. Virginis non pertingeret, divinus ille agriculor, qui filium agricolae se esse gloriatur (Ioann. 15), *Pater meus agricola est, mirabili, ac salutifera illa confectioe aquae, et sanguinis ex latere eius in cruce fluentis, velut probatissima theriaca, ab aeterno praevicatum futuram Matrem suam inunxit, atque hac ratione illam praeservavit, non a debito contrahendi maculam originale, sed ab actuali huius maculae contractione.* Quam veritatem etsi non pauca persuadeant, tam a me iam producta, ac plerique alia mox producenda, illa tamen verba Davidis canentis (Ps. 86), *Gloriosa dicta sunt de te civitas Dei, non parum illam confirmant.* Si inter alia praecleara, atque gloriosa, quae dicta sunt de Mariana haec civitate, quam Deus sibi aedificavit, illa memoranda Isaiae (c. 26) verba perpendamus: *Urbs fortitudinis nostrae Sion, Salvator ponetur in ea, murus, et antemurale;* ecce vobis beatam Virginem urbem fortitudinis, per antonomasiam, quae Iesus Salvator mundi erat eius inexpugnabilis murus, et antemurale: unde, cum infestissimus humani generis hostis solidissimum hunc murum irramperare nequiverit, nec civitatem hanc devastare, aut quidquam laedere potuit.

Prædixerat quidem Filius Dei per prophetam Zachariam (c. 2): *Ego ero ei murus ignis in circumcisa, et in gloria ero in medio eius: ecce non solum ait Dominus, se instar muri propugnaculum fore in protectionem huius civitatis, sed et gloriatur, se in medio illius sanctitatis suae splendoribus consurgere. Quae autem conventio lucis increatae ad tenebras peccati? aut quae societas Christi ad Belial originalis culpae? Scio quidem impugnantibus immaculatam Virginem conceptionem placere sibi magis, ut praedicta tam Davidis, quam Isaiae verba, de Ecclesia militante, et non de b. Virgine intelligantur; sit utique, prout illis placet; meminerint tamen, Sapientem dixisse (Eccles. 40): *Aedificatio civitatis confirmat nomen, et super haec mulier immaculata computabitur*; civitas quidem posita in quadro, quatuor scilicet evangelisticis roborata, Ecclesia sancta est; hanc nomen Christi constabillit, et contra haereticos acriter pugnantem tuetur, ac protegit: super hanc anem civitatem, quam Maria concipitur, mulier quidem nulla peccati labe polluta, sed immaculata constituitur. Ne autem quispiam dicat, Virginem immaculatam quidem fuisse post conceptionem, non in conceptione ipsa; revocet quaeso in memoriam verba d. Petri (2. Pet. 2.), *a quo enim quibus superatus est, huius servus efficitur*: ex quibus apertissime constat, quod si b. Virgo in conceptione sua maculam contraxisset, a diabolo quidem illam maculante superata existisset, et consequenter serva eius facta fuisset, quia (ibid.) *a quo quisque superatus est, huius servus efficitur*. Unde necessario fieret, ut prius diabolus per peccatum, quam Deus per gratiam, Virginis possessionem accepisset, quod pia abhorret aures. Nam, cum possessio, idem sit, ut iurisperiti adnolant (Conrad. de contractib. qu. 4. concl. 3. Syll. verbo. possess. Mol. de iust. et iurisp. tez. 1. tract. 2. disp. 12) quod *pedis sessio*, seu *pedis possessio*; unde dominus fundi, aut domus non aliter eius possessionem accipit, quam illi pedibus calcando; ad quod allussisse mihi videntur verba Deuteronomii (c. 11), et Iosue (c. 1): *Omnis locus, quem calcaverit pes, vester erit*: quis, rogo, non exhorrescat dicere, electam Virginem in Matrem Dei, in ingressu huius mundi ab infestissimo hoste possessam, ac pedibus Sathanae impudenter calcatam? e contra certe accidit, ipsa Virgine dicente (Proverb. 8): *Dominus possedit me in initio vitarum suarum*. Quod si rursus occurrat, haec, quae pias aures horrere nobis videntur, necessario admittebam, nisi Mariam captivam negemus, et a Christi redemptione illam excludamus: mentis aciem, obsecro, converte ad celeberrimam illam historiam (Exod. 13), exitus filiorum Israel de Aegypto, ut inde facile conicias, b. Virginem singulari modo a Christo fuisse redemptam, quantumvis in eius conceptione sub diaboli captivitate non exlitterit. Sane in exitu illo filiorum Israel, necnon in itinere, quod in terram promissionis confererunt, duplicem lego redemptionem. Prima fuit a dura Aegyptiorum servilitate; secunda a misera Pharaonis captivitate, in quam iterato sine dubio venient, nisi Dominus (Exod. 14) in brachio excelso eos pra-*

liberasset, mare rubrum eis aperiens, ut siccis pedibus transirent; hostesque eorum, aquarum voracibus involvens, ut facile suffocarentur: diximus illam redemptionem sublevatam: primum; secundam, praeservatam merito compellarim, sacris eloquiis id me docentibus: nam de prima illa redemptione loquens Deus (Exod. 6) ait: *Ego Dominus, qui educaam vos de ergastulo Aegyptiorum, et eruum de servilitate: ac redimam in brachio excelso, et iudicium magis; ecce redemptionem sublevantem eos a miseria, in qua iacebant*: referens autem gratias Deo Moyses, quod Aegyptios, et Pharaonem submerserat, ac filios Israel ab eorum persecutione eriperat, ait (Exod. 18): *Dux fuisti in misericordia tua populo, quem redemisti: ecce redemptionem praeservantem a servilitate, et captivitate, in quam denuo venirent, si a Pharaone iterum comprehenderentur*. Hoc ergo excellentiori genere redemptionis praeservatae redempta fuit b. Virgo. Illud deinde, quod et nostro argumento valde inservit, in hac historia observatione non minus dignum censeo, quod quamvis duplex illa redemptio sublevativa, et praeservativa in exitu ab Aegypto intercessisset, Maria tamen soror Moysis tyrannum non assumpsit ad divinas laudes in gratiarum actionem decantandas, quando prima accedat adventi praeservativa: tunc enim sacer textus (ibid.) ait: *Sumpsit Maria prophetissa soror tyranum in manu sua etc. quibus praecibat dicens: Cantemus Domino, gloriosae enim magnificatus est; equidem Maria illa Virginem Mariam adumbrabat, quae quia minime redemptione sublevativa a miseria peccati, sed praeservativa per Christum redimenda erat, ideo ad singulare hoc mysterium adumbrandum Maria soror Moysis non cecinit, nec retulit gratias in prima redemptione, sed in secunda, quae Virginis redemptionem praefigurabat. Illud etiam silentio praerelire non licet, quod sacer textus, postquam Maria divinas illas laudes Deo cecinit, non amplius illam vocat, Moysis sororem, sed Aaronis summi sacerdotis, ut significaret (quia omnia haec in figura contingebant illis) (1. Cor. 10), per sacrificium, quod Christus summus sacerdos in ara crucis Deo Patri obtulit, singulari illo praeservativa redemptionis genere Deiparam Mariam redemptam fuisse.*

Ad haec illud mihi facile suadet, Deum optimum maximum puritatis suae speculatam curam gessisse, quod in veteri lege praecavit, ne quidquam sibi offerretur fermento admixtum (Levit. 2): *Omnis oblatio, quae offertur Domino, absque fermento fiet*; exigentes autem interpretes huius praeepti caesuras, communi consensione respondent, propterea Deum a Tabernaculo suo fermentum relegasse, quia peccati figuram gerebat, iuxta illud d. Pauli (1. Cor. 5): *Itaque epulatur non in fermento veteri, neque in fermento malitiae, et nequitiae, sed in azymis sinceritatis, et veritatis*; cum enim fermentum nihil aliud sit, quam massa acida, et corrupta, peccati corruptionem merito delineat, et praesertim originalis; quia sicut medicum fermentum totam massam corrumpit, ut ait Apostolus (ad Galat. 5), ita culpa originalis totam

naturam humanam infecit: si igitur Deus fermentum, quia figura erat peccati, a Tabernaculo suo longe propulsavit; quanto magis credendum est, peccatum ipsum a Matre sua protulisse, in cuius uteri tabernaculo per novem menses corporaliter requiescere decreverat, qui cum Patre, et Spiritu sancto vivit, et regnat in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA VI.

Ex triplici figura, civitate, scilicet, Davidica, arca testamenti, et Salomonis throno, immaculata Virginis conceptio singulari eruditione deducitur.

Triplitem praecipue civitatem reperio supremi officis sapientia, ac singulari eius industria constructam. Primam aedificavit in coelo, naturam scilicet angelicam, sed continuo magna huius civitatis pars cecidit superbiae fulgure illam devasante (Luc. 10): *Videbam Sathanam sicut fulgur de coelo cadentem*. Secundam postea condidit civitatem, naturam scilicet humanam in campo Damasceno, sed flante rapido vanitatis vento, *Eritis sicut Dii* (Gen. 3), brevissimo tempore corruit. Tertiam tandem firmiorem, ac robustiorem civitatem erexit, quam non super lapides impolitis, sed instar coelestis Hierusalem super pretiosissimas diversarum gratiarum margaritas mirifice fundavit (Apoc. 18); et ne ab infestissimo hoste unquam expugnari posset, fortissimis propugnaculis unquam illam circumdedit; ut non obscure adumbravit civitas illa Davidica, de qua, cum ilam devastari tentaret rex Assyriorum, sacer textus ait (4. Reg. 19): *Non ingredietur urbem hanc, nec mittet in eam sagittam, propterea urbem hanc, et salvabo eam propter me, et propter David servum meum*; non dissimuliter Deus bealam protexit Virginem, dum cum undique adeo muivit, ut iniquissimus Assyriorum rex (daemoneum intelligo) non solum in illam per peccatum actuale ingredi, sed nec in eam peccati originalis sagittam mittere potuerit (ibid.): *Nec mittet in eam sagittam*. Merito sagittae comparavit David originale culpam, quia quemadmodum sagitta a longe proicitur, ut vehementius feriat, sic doemona a longe, id est a principio mundi omnes homines accipiti sagittae peccati originalis vulneravit, sed illa Virginis animam configere prohibitus est; quod fecisse fatetur Deus propter se, et propter David, id est propter Christum Filium suum, ad cuius dignitatem spectabat civitatem istam regiam custodire, quia in medio eius regnaturus erat: unde optime Propheta cecinit (Psal. 46): *Deus in medio eius non commovebitur, scilicet ab ea, per actum peccati proprium, sed neque commovebitur per actum alienum ad motum primi parentis se movens, hoc est, non contrahet peccatum originale, quia Deus in medio eius (ib.), nempe quia de medio uteri illius nasceretur Iesus, quem istud maxime decebat; immo, non solum illum, sed etiam angelos, quorum Regina futura erat, nam sicut nobiles Israel murmurabant (1. Reg. 10) eo, quod Sa-*

mucl in regem populi Dei elegisset Saulum, qui iumenta custodiebat, ad dominandam super eos: ita etiam ipsi conqueri possent, dicentes, consentaneum non esse diaboli auxiliam sathanico peccati originalis caractere insignitum eorum reginam constitui, qui nunquam peccatum commisset. Decebat etiam civitatem istam fortissimis muris circumcingi instar civitatis sanctae, quae Dei erat habitaculum, de qua refert Iosephus de bello Iudaico (cap. 5), tribus muris undique septam esse; sic beata Virgo, ut civitas esset perfectissime munita, tribus erat Spiritus sancti virtute circumdata gratiarum propugnaculis contra tria peccatorum genera, veniale, mortale, et originale; unde factum, ut neadequam accerrimus humani generis hostis praeculsum omnino aditum ad eam expugnandam inveniret; et ideo David cecinit (Isai. 26): *Urbis fortitudinis nostrae Sion, Salvator ponatur in ea, murus, et antemurale, hoc est, Sator, qui in Virginis utero delitescet, erit velut murus contra peccatum originale, et antemurale contra actuale*. Huius singularis protectionis gratias agens Deo, beata Virgo dixit (Eccles. 51): *Confitebor tibi Domine rex, et collaudabo te Deum Salvatorem meum; etc. quoniam adiutor, et protector factus es mihi, et liberasti me a rugientibus preparatis ad escam, et de manibus quarentium animam meam, et de portis tribulationum, quas circumdederunt me: quasi apertus diceret: Aliis in auxilium missisti angelum, vel strenuum aliquem duces, qui ab hostium incursum eos tutaretur; mihi autem tu ipse fuisti protector, custos, et defensor. Magnos inter favores, quos Deus optimus maximus charissimae sibi Hierusalem promisit, ille unus magni momenti fuit, quod nec spectulatoibus illius tutelam esse commissurus, quia illi forsitan somno correpti dormirent; nec duobus, quia ab inimicis debellari, et expugnari poterant, cum variis sit eventus belli, sed ipsemet pollicitus est illius tutorem, ac defensorem futurum. Ecce, inquit (Psal. 120), non dormitabit, neque dormiet qui custodit Israel. Custos domus Isoseth dormivit, et inimici in eam invaserunt. Id quidem praeservativissimae ab omni culpa Mariae nequaquam accidere poterat, cum Deus ipse sollicitus custos, et protector eius esset, qui cum dormire nequitiam possit, ac infinita fortitudine polleat, quae ipsa portas tribulationis vocat, facile hostes ab eam ingressu arceret potuit. Duas quicumque mortalis habet tribulationis portas: primam in conceptione, ad introitum animae in corpus; secundam in morte, ad egressum illius a corpore: in introitu enim maculatur anima labe peccati originalis; in egressu vero dolore, et anxietate premitur. Quia ergo b. Virginis anima, neque ad introitum in corpus maculata, neque ad exitum ab illo anxietate, et afflicta fuit, ideo ait (Eccles. 31): *Liberasti me Domine a portis tribulationum, quae circumdederunt me. Contigit quidem b. Virgini id, quod accidit ei, qui fugit ad fores ecclesiae, ne comprehendatur a iudice saeculari; iste quidem vellet, ne prodesset illi immunitas ecclesiae; clerici autem e contra auxilium ei impendentes intro-mittunt illum in ecclesiam. Tunc saecularis iu-**

dex vociferatur, invocaturque in sui favorem leges; clerici vero ferventius proclamant, invocantque ecclesiasticam immunitatem, et hac ratione liberant illam a manibus iustitiae. Simili ergo modo daemones ad introitum huius vitae, prout fit in conceptione, insequuntur fuit animam b. Virginis, illam sub maledictione peccati comprehendere tentans: unde valide clamavit decretumque invocavit de omnium Adae posterorum per peccatum prolaparentis iniquatione; siquidem iuxta legem universalem incurere debebat peccatum originale; tamen in favorem Virginis proclamavit Filius Dei, et decretum illam ab universali lege immunitem reddentem invocavit, quia futura est mater Auctoris gratiae: et haec dicens, copiosissima gratia illam praevenerit, et a macula peccati praeliberavit: ideoque ipsa canit (*ibid.*): *Liberasti me secundum multitudinem miserationum tuarum.* Placet ad hanc misericordiam explicandam in medium proferre singularem illam Alexandri historiam, qui volens aedificare civitatem Leontopolim, cum copia calcis ad fundamenta iacienda non suppleret, et candidissimam adduci, quae calcis vicem adumsum adeo supplevit, ut solidissima omnium marenter fundamenta. Eo certe differant fundamenta huius civitatis a fundamentis reliquorum sanctorum, quod haec calce peccati originalis, illa candidissima divinae gratiae farina elaborata sunt; et quemadmodum ferunt idem historici, tunc augeres dixisse, felicissimum illud fuisse praesagium, per illud significari autmanentes, foecundissimam, et cibo abundantissimam futuram esse illam civitatem; non secus fundamenta huius civitatis fuisse farinam divinae gratiae ab omni macula illam praeservantis, praesagium quoddam fuit non obscurum, beatam Virginem futuram fore foecundissimam, adeo, ut conciperet Deum, et hominem, et coelestem panem, quo cibantur omnes fideles, in lucem proderet.

Porro, ut multa de hac sacra, ac coelesti Mariana civitate paucis complectar, nihil sane mihi videtur humano, aut angelico mentis acuminis ad excellentiam alicuius urbis commendandam excogitari posse, quod in ea cumulatissime non reperitur, nam, si a nomine eius exordiamur, nullum sublimius ei imponi potuit, quam quo propheta Ezechiel illam insignivit: *nomen civitatis est illa die, Dominus* (*ibid.*): in cuius figura legitimus (2. Reg. 5), quod *cepit David arcam Sion, et vocavit eam civitatem suam.* Aedificatorem habuit supremum omnium artificem, ut idem etiam David cecinit (*Psal.* 86): *Ipsa fundavit eam Altissimus: illam inexpugnabili fortitudine praemunivit* (*Ps.* 147): *Lauda Deum tuum Sion, quoniam confortavit seras portarum tuarum, adeo quidem, ut ab hoste, nec ob impotentiam, ignorantiā, aut malitiam minime capi poterit: non ob impotentiam, ut et ipsa testatur, quia fecit mihi magna, qui potens est* (*Luc.* 2): non ob ignorantiam, cum Deus catholicae doctrinae illam constituerit magistrum, et apostolorum doctricem (*Isai.* 2): *De Sion exiit lex, et verbum Domini de Hierusalem: non ob malitiam, cum*

Spiritus sanctus bonitatis fons perennis, tantquam eius sponsus, fluentia divinae suae gratiae copiosissime in eam effuderit. Quod si civium pax, atque concordia, moilite, et ornamentum pretiosissimum civitatis est, hoc minime desideratur in hac sancta urbe, David dicente (*Psal.* 147): *Qui posuit fines tuos pacem: si rursus, magna populi multitudo civitatem illustrat, sane ad hanc Marianam urbem omnes indiscriminatim confluant, quia civitas refugii est* (*Psal.* 86): *Eccc alienigenae, et Tyrus, et populus Aethiopyum, hi fuerunt illie, in cuius figuram Deus olim civitates refugii designavit, quibus rei se possent ab hoste protegere. Ac tandem si ad gloriam urbis pertinet a tributis, quibus aliae opprimuntur civitates, ipsam omnino liberam, et exemptam esse, id etiam minime defuit huic civitati, cum ex regio privilegio immunis facta fuerit a communi illo peccati originalis vecligali solvendo, ad cuius solutionem reliqui omnes compelluntur: et forte hoc est, quod Spiritus sanctus per Isaiam dixit (c. 9): *Alleviata est terra Zabulon, et terra Nephthalim, et novissima aggravata est via maris.* Per hanc terram mystice intelligo beatam Virginem ortam ex tribu Iuda, et sacerdotali Nephthalim civitate, nulli tributo subiecta, quae primo illo tempore, idest primo illo instanti suae conceptionis, alleviata fuit, dum a pondere peccati originalis communi lege suppressa, singulari Dei gratia praeservata fuit: sequentia etiam verba (*ibid.*), *aggravata est via maris, recte eidem argumento inserviunt, si Tertulliani translationem sequamur legendis: impedita est via maris, idest, Deus torrentem peccati originalis in Mariam fluentem, divinae gratiae suae obice interposito, ne illam confingeret, impeditit. Haec cum ita se habeant, nemo quaeso sit, qui corde, et ore semel atque iteram non canat cum Davide (*Psalms.* 86): *Gloriosa dicta sunt de te civitas Dei. Magnus Dominus, et laudabilis nimis in civitate Dei nostri* (*Psal.* 46).**

Porro iam ad figuram arcae testamenti properemus, quae non minus egregie immaculatam Virginis conceptionem nobis ob oculos ponit (*Exodi* 25): sicut enim illa ex lignis incorruptibilibus affabre facta fuit ad servandam tabulas legis, virgam Aaron, et coeleste manna; ita b. Virgo ex anima, et corpore, divino munere incorruptibilis, illi enim impeccabilitatem, huic incorruptibilitatem impertivit, fabricata fuit: et quidem si immunitate, ac corruptione donata fuit illa inanimata arca propter servandas in se tabulas legis, virgam Aaronicam, et manna coeleste, nonne multo convenientius erant, ut quae in se continere, ac custodire debebat, non ut illa tabulas legis, sed legislatorem ipsum; non manna de coelo decedens, sed Filium Dei de sinu Patris descendentem, sed virgam Aaronis, sed omnipotentis Dei brachium, per quod facta sunt omnia, ex corpore, et anima coalesceret nulla unquam peccati corruptione infectis, ut inficiendis? Legimus apud Iosue (*cap.* 3), aquas Iordanis hac urbanitate usas fuisse erga sacram testamenti arcam, ut dum illa pertransiret, impetum sui fluxus reprimentes, retrocederent, quo non ob-

acure arbitror significari aquas peccati originalis ab Adamo per omnes Virginis progenitores defluentes, cum ad hanc mysticam arcam pervenirent, minime illam fore invasuras, sed retrocedentes, sicut, ut aiunt, pede liberum ei transitum daturas: unde liebit nobis cum Davide mirantes interrogare (*Ps.* 113): *Quid est tibi mare quod fugisti? et tu Iordanis, quia conversus es retrorsum?* cuius interrogationis ea noscitur legitima responsio, quod aquae Iordanis, peccatum originale adumbrantes, capropter retrocesserint, quia arca Domini pertransibit, haec scilicet Virgo, quam Arcam appellat Ecclesia catholica (*Eccles. Roman. in officio b. Virg.*). *Beata Mater manere, cuius supernus artifex, mundum pupillo continens, ventris sub Arca clausus est.* Quod autem eadem testamenti Arca, ut (1. Reg. 3) narratur, ferre non potuit, ut dragonis idolum in altari, in quo ipsa aderat, simul collocaretur, sed illud longe a se expulsi, et capite, pedibusque contractis prohibuit, ne in consorcio ipsis commoraretur, id aperitissime praefiguravit, beatam Virginem, velut mysticam arcam divinae gratiae fortitudine praemunitam, idolum peccati originalis nec per momentum sibi commorari permittitur, sed potius caput, et pedes eius ab ea fore conlenderos: tandem, sicut per illam arcam quatuor olim antiqui patres beneficia susceperunt; sic quatuor alia per hanc mysticam arcam nos recipimus, primo in periculis magnum auxilium (ut habetur *Numerorum* 10): nam cum elevaretur arca, dicebat Moyses: *Surge Domine, et dissipetur inimici tui, et fugiant qui oderunt te, a facie tua;* secundo, in dubiis bonum consilium, quod significatum est (1. Regum), ubi cum Saul vellet consulere Deum, dixit: *Applica mihi arcam;* tertio, in adversitatibus magnum solatium, ut adumbratur (3. Regum), ubi Salomon dixit Abiathar sacerdoti: *Equidem vir mortis es: sed hodie te non interficiam, quia portasti arcam Domini;* quarto, arca impetravit divinam benedictionem; ut enim dicitur (2. Regum cap. 6): *Ad introitum arcae foederis Domini in domum Obedom Deus ei benedixit.* Denique si arca illa multa bona attulit, omnia bona per hanc mysticam beatam Virginem arcam obsequio eius additi cumulati, ac plenius obtinent; illa enim nihil alium intrinsecus portabat nisi Testamenti tabulas, Maria Testamenti gestabat haeridem; illa terreno ornabatur auro, ista coelesti; illa pellibus induebatur, ista solis splendore, ut ait Ioannes (c. 12), *Mulier amicti sole.*

Ceterum, ad tertiam throni figuram iam accedens, haec verba lego (3. Reg. 10): *Fecit sibi Salomon thronum de ebore grandem.* Thronus quidem fuit beata Virgo pacifici Salomonis Christi Domini; nam in primis, ut Spiritus sanctus immaculatam eius conceptionem in illo veteri throno praesignificaret, voluit ex ebore lacteo, nullis maculis deturpato, conficere: sicut enim ebur, licet ex foedissimo elephante oriatur, ipsum tamen est undique intrinsecus, et extrinsecus candidissimum; sic beata Virgo, licet ex parentibus peccato originali aliquando infectis concepta fuerit, illius tamen foeditatis, instar pulcherrimi ebo-

ris, experts semper fuit: et sicut in illo throno nullus sedere permittebatur, nisi solus rex Salomon; ita in throno eburneo candidissima animae beatae Virginis solus verus Salomon, Sapientia Dei Patris sedit, solus illum occupavit, solus sua maiestate implevit: si ergo solus, ergo nec per momentum gloriarum potest daemones, quod illa thronus eius fuerit. Illud etiam quod sacra Scriptura addit, undique auro circumdatum fuisse thronum illum Salomonis (3. Reg. 10), et restitit eum auro fulco, non obscure adumbravit, mysticum haec Thronum b. Virginis undique charitatis auro circumdatum fuisse. Verum istum isto excellentior thronus b. Virginem praefiguravit, ille scilicet, in quo Ioannes (c. 21) vidit Deum sedentem, quem ait ex sapphirinis lapidibus esse constructum, quod et praefixerat Ezechiel (*cap.* 4): *Quasi aspectus lapidis sapphirini similitudo throni.* Sane, si nobis scrutari licet, ob quam causam Deus ex sapphiris voluerit thronum eius conficere, satis cum ratione continetur arbitror, hanc praecipue fuisse, quia beatissima Virgo, quae thronus Dei futurus erit, per illum praefigurabitur: sapphirus namque, ut referunt diligentissimi naturae historiciographi (*Bercon. in reductorio moral. lib. 11. cap. 118. Gemm. lib. 2. de metall. et lapidibus cap. 13. et 23*), coelo sereno est similissimus, caelestis lapides excedit specie, et valore; castitatis illa amicitissimus est, ut si illum secum deferens castitate careat, innatae suae virtutis mirabiles effectus non experitur. Ait etiam vim habere animos discordes reconcilians, necnon venenum expellens, eaque virtute pollere, et ad aspectum eius aranea continuo intereat; ac tandem, quod mirabilis est, mater caribunculi esse dicitur, quia in venis eius generatur. Haec ita clare in beatam Virginem convenire noscuntur, ut ad illam solum adambulandam a supremo rerum omnium conditore sapphirus genitus videatur. Illa sapphirini lapidis coelesti serenitate praedita fuit, quia sicut peregrinae impressiones coeli serenitatem turbare non possunt, ita nec diabolicae suggestiones Marianam pacem, ac tranquillam animi eius serenitatem quidquam laedere poterunt: illa omnes creaturas, etiam angelicas, valore, et dignitate longe excedit: illa castitatis adeo amantissima, ut si quispiam etiam obsequio eius detestissimus, castitatis custos non sit, licet aliquum munificentissimum, beneficiorum tamen suorum fluentia contineat, et illum longe a se abiciat: illa instar sapphiri, mater coelestis carbunculi exiit, quae Deum, et hominem genuit: illa Dei, et hominum diligentissima reconciliatrix, inimicitias, ac rixas inter illos suscipiens singulari industria sedans, atque componens: illa tandem, non secus ac sapphirus tali divinitus data contra venenum peccati originalis praedita fuit virtute, ut in puncto conceptionis illius solus eius aspectu perterrita spurcissima aranea, humani generis hostem intelligo, continuo contabuerit, ac venenatum originalis culpae in eam evomeri minime poterit. Haec omnia confirmat acerna Sapientia, quae de hoc Mariano throno loquens dixit (*Ecc.* 24): *Thronus meus in columna subis.* Ad cuius loci intelligentiam, suppono Deum

olim filios Israel per desertum itinerantes (*Exod. 13*), intra thronum cuiusdam nubee columnae latitantem duxisse, quae sine dubio fuit egregia quaedam imago, ac typus b. Virginem recenter conceptam adumbrans: nam in primis sicut columna illa intentuibus Aegypti obscura, et caliginosa, Israelitis vero clarissima, et fulgentissima videbatur; ita negantibus immaculatam Virginem conceptionem videtur illa, quasi nubis peccati originalis caligine obscurata, assertioribus vero, atque propugnatoribus eiusdem illibatæ conceptionis, clarissimis divinae gratiae radiis a principio suae formationis coruscans apparet. Deinde, sicut nubes, licet ex vaporibus terrae concipiatur, terrestrem gravitatem non contrahit, et ideo in terra non quiescit, sed superiora loca peti; non secus beatissima Virgo, licet originem ducat a maioribus suis, terrestri peccati originalis pondere gravitantis, eius tamen pondus, ac gravitatem minime contrahit, sed instar levis nubis superam regionem velocius Paulo petit, qui dicebat (*Philipp. 3*): *Conversatio nostra in caelis est.*

Verum si altius thronum hunc Marianum contemplari desideramus, mentis aciem ad angelos, thronos nuncupatos, convertamus, quibus d. Dionysius de caelestis Hierarchia quinque ista tribuit: magnam celsitudinem, insignem stabilitatem, munus Deum in se suscipiendi, dignitatem eum deferendi, familiarem cum eodem confabulationem: quae omnia cum excedentis, atque cumulatius multo in Virginem conveniant; reliquum est, throni nomenclaturam aptius ei, quam angelicis thronis convenire. Huius equidem throni celsitudo ex eo non obscure liquet, quod a principio suae conceptionis dicat (*Eccles. 24*): *Ego in altissimis habito*: eius autem stabilitas satis innotescit, cum vacillantibus in fide discipulis, ipsa in fide stabilis semper permaneret: et fugientibus Apostolis, nunquam a cruce recederet, Ioanne (*c. 19*) dicente: *stant autem iuxta crucem Iesu mater eius*: munus Deum suscipiendi nemo unquam, ut illa, exercuit: alii enim non aliter recipiunt Deum, quam per essentiam, praesentiam, et potentiam; alii insuper per gratiam iustificentem; at Maria per gratiae plenitudinem in mente, et per praesentiam corporalem in ventre: dignitas tandem Deum deferendi, quomodo quæso Virgini non convenit, quae et Filium Dei ex sinu Patris in terram detulit, et Deum in utero gestans, Matris Dei dignitatem obtinuit? Haec enim ratione per ferulum Salomonis praefigurata fuit, de quo in Canticis (*c. 3*): *ferulum fecit sibi rex Salomon, hoc est, verus Salomon Christus Dominus; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.*

HOMILIA VII.

Per multis aliis figuris idem illibatæ conceptionis Deiparæ argumentum locupletamus.

Consevit divina Sapientia, quae suaviter omnia disponit, obscura quaedam aërea, quae multis difficulta creditur futura praevenit, variis

tropis, ac figuris praedelineare, ut hac ratione humanae ruditas miram rei figuratæ ad figuram consonantiam observans, facilius eis assentiret. Praevideos ergo Deus quorundam fluctuantes animos, imo et negaturos fore immaculatam Matris suae conceptionem, voluit, ad eos in hac veritate firmandos, ac stabilendos, varios tropos, ac figuras praemittere, quae illam velut digito commonstrarent: inter quas non infimum locum tenere arbitror illud, quod Deus in Genesi (*c. 2*) dixit, dum Evam produceret: *faciamus ei adiutorium simile sibi*: simile siquidem non solum in natura, sed etiam in gratia iustitiae originalis, et in carentia ab omni labe peccati. Id sane praefiguravit, secundo Adamo, Christo scilicet Domino, dandam fore in novissimis temporibus secundam Evam, hoc est, beatissimam Virginem, adiutorium simile illi; simile, inquam, in eo, quod sicut Christus omnis peccati expers semper fuit, ita et ipsa nullius culpæ particeps umquam fuerit; ille quidem per naturam, haec per gratiam; ille ex vi suae conceptionis absque opera virili Spiritu sancto illam supplente; haec ex divino munere, ac coelesti privilegio, naturali propagationi eius minime debito. Unde apte mihi videntur praefigurati Christus, et Maria per lapides illos, in quibus Moyses legem Dei exaravit (*Exod. 34*), non quidem primos, qui contracti fuerit, sed secundos, qui absque ulla ruptione aut scissura integri permanserunt; illi namque primi primos parentes Adam, et Evam, secundi vero secundos, Christum scilicet, et Mariam eius Matrem adumbrarunt, qui nulla peccati ruptione contracti, sed velut adamantina quadam duritie adeo praemuniri fuerit, ut peccati characterem in eis imprimere nunquam diabolus poterit. His adiungamus celebrem, ac famosam imaginem reginae Esther, quae quanto communior est, tanto diligentius curabitur a nobis singulariter expendi, atque illustrari. In primis ergo sacra Scriptura reginae Esther (*c. 2*) pulchritudinem commendans, ait: *Erat formosa valde, et incredibili pulchritudine, omnium oculis gratiosa, et amabilis videbatur.* Incredibile videtur multis, quod Maria ex peccatoribus parentibus, ac peccati originalis labe deturpatis, pulchra, et absque macula prodeat; sed sane b. Virgo incredibili hac pulchritudine minime caruit, ad quod mirifice facit, quod Caietanus (*super c. 2. Esther*) Esther pulchritudinem commendans ait: *Usque adeo describitur gratiosa apud oculos omnium, ut tamquam offerens munus eisdem haberetur, cum coram eis apparebat?* Non dissimiliter fideles illi, quibus b. Virgo pulchritudinem, quam habuit in immaculata sua conceptione, manifestat, merito id putare debent speciale munus, ac beneficium sibi ab ea impendi. Ad rem ergo propius accedens, praemittere oportet, hanc universalem legem a rege Assuero impositam fuisse, ac nemo, non vocatus a rege, ad illum accedere audebat; Esther autem regina, ut populo hebraeo, qui ad mortem damnatus erat, libertatem, et veniam a rege obtineret, non vocata, ingressa fuit ad eum: *Ingrederi, dixit Esther (c. 4) ad regem contra legem; non dissimiliter b. Virgo in conceptione sua ait: ingredi ad regem coelorum in utero matris meae absque peccato con-*

cepta, etiamsi id sit contra universalem mortis legem per peccatum primi parentis inductam: et quemadmodum tunc regina Esther intravit ad Assuero regem veniam populo petitura; ita purpureo charitatis colore decorata Maria, non metu ad Dominum appropinquare. Assuerus ulnis suis tenuit Esther, ne forte timore pericula rueret in terram; Filius Dei Matrem suam reginam nostram manibus suis in conceptione tenuit, ne luto peccati originalis foedaretur. Nunc mirum: anticipata enim solutione eam, quae se in ulnis suis hominem factum delatura erat, ulnis suis voluit eam tenere: quapropter cantare poterit suave illud melos (*Ps. 72*): *Tenuisti manum dexteram meam, et in voluntate tua deduxisti me*: verba autem, quae rex Assuerus reginae Esther dixit (*c. 15*) haec sunt: *Non morieris; non evinam pro te, sed pro omnibus haec lex constituta est*: sic sane; quamvis lex generalis, omnes in Adam peccaverunt, universos filios Adae comprehendat. In b. tamen Virgine, quam Deus praeservavit, exceptionem patitur. Unde Petrus Commemoravit ait (*in lib. Hest. 15*): *Noli timere, propter subditos lex data est; Tu vero mihi conregnas, non morieris, non pro te lex constituta est*: quasi diceret: illius est legem abrogare, cuius est eam condere: ego ipse legem hanc statui, ego spontaneus ab ea te liberam feci, minime mortem peccati originalis incurres. Illud etiam observatio dignum arbitror, quod sicut, cum lex illa de universis Indaeis occidendis ad petitionem Ammanis lata fuit, nunquam in mentem regis cecidit, ut regina Esther (*c. 15*) sub ea comprehenderetur, atque adeo quod morte muletanda fore, licet aliquo, sicut reliqui ad mortem damnati, hebraea esset; ita iustum, ac pium est, et rationi consonum, ut fideles religiose credant, universalem legem contrahendi reipsa peccatum originale, Dei Genitricem non comprehendisse. Ad idem etiam facit celebris illa figura arcae Noe ad aquarum inundatione immunitas: sicut enim illa diluviis aquis montes etiam celsissimos inundantibus, submersa non fuit, sed ferebatur super aquas (*Gen. 7*); ita, licet altissimi illi montes, hoc est, reges, patriarchae, et prophetae peccati originalis inundanti alluvione suffocati fuerint, Deipara vero, ut quae arca futura esset veri Noe, aquis illius minime submersa fuit: unde in antiquo officio immaculatæ conceptionis, quod olim in ecclesia romana viguit, et in eo, quo ex approbatione Sedis apostolicae nunc utitur seraphica nostra religio, dicitur (*ibid.*): *Factum est diluvium peccati super omnem terram, oportetque sunt omnes montes caelestis sanctorum: Arca vero deifera elevata est in summum, et ferebatur super aquas*; quod praevideos Salomon dixit (*Cant. 8*): *Aquae multae non poterunt extinguere charitatem, scilicet Mariae, nec flumina, scilicet peccatorum, obruant illam.* Ferunt magistri hebraei (*Rabbini in Gen.*), arcam illam chrySTALLINAM quandam fenestram habuisse, per quam solaris lux irradiabat; aquarum tamen diluvii nec gutta una per illam intrare poterat; ad eundem modum mysticae illius arcae fenestra, nempe Virginis conceptio, per quam ipsa intravit in mundum, chrystallo illo clarior fuit, quam solus divinae gratiae splendor illa illa-

strabat, ut peccati originalis nec minima gutta illam penetraret. Refert Moyses (*Gen. 8*), columbam quam ex arca misit Noe, transacto diluvio, non invenisse, ubi pedem sisteret; nec enim lutum, et cadavera, ad diluviis aquas contingere voluit, sed sicut e manibus patriarchae egressa fuerat, sic ad eum regressa est, ramum virentis olivae rostro deferens. Beatam Virginem in sacra Scriptura columbam appellari, satis competentum est ex libro Canticorum (*Cant. 6*): *Veni columba mea. Una est amica mea, una est columba mea.* Haec, cum per creationem exivit ex sinu supremi artificis, in quo velut in arca Noe omnes continentur (*Gen. 7*), non solum animalium, sed et conctorum rerum species, divino munere factum est, ut peccati originalis lutum, quod animam inficere solet, eam non contingeret, sed pura ipsa, ac immaculata olivae ramum detulit (*Gen. 8*), in argumentum divinae unionis, qua Spiritus sanctus prae illius conctoribus misericorditer eam praeservaverat.

Video etiam hoc mysterium adumbratum in abacho illo, cuius meminit David (*Psal. 79*): nam ubi nostra vulgata inquit: *Perfice eam, quam plantavit dextera tua*: translatio quorundam florum, et referent Galatino, ait: *perfice abachum, quem plantavit dextera tua*; quae verba explicans Galatinus de Arcanis catholicae veritatis cap. 3. refert, Antonium romanum consulem a quodam hebraeorum doctissimo rogasse, quid sibi vellet abachus ille? Respondit hebraeus, Virginem per illum significari: quemadmodum enim reges, ac principes ad suae dignitatis magnitudinem, ac divitiarum copiam ostentandum pulcherrimos, ac praestantissimos abachos habere solent, in quibus nullum vas aereum, aut lutum, sed solum vas pretiosissima aurea, et argentea, immo, et quandoque pretiosissimum lapidibus distincta, collocare solent; ita Deus, ut ostentaret divitias gloriae suae, nullum in Virginis abacho, ut luto peccati vas confectum collocari permisit, sed quae ibidem depositum, inestimabilem argenti, et auri, hoc est, insignis puritatis, et ardentissime charitatis splendore orabantur, argentum enim, et aurum rubigini non cedunt.

Figuram huius aliam singularem subiungo, arceem scilicet Ionathae, quam ipse, ut Machabaeorum historia refert (*1. Mach. c. 12*), a civitate separatam aedificavit, et in qua emptiones, ac venditiones minime fieri permittebat; sic enim ait sacer textus: *Ut separaret eam a civitate, ut esset ipsa singulariter, et neque emanet, neque vendant*: ita Deus inexpugnabilem Virginis arceem sibi extruxit, in qua prohibuit fuit daemon aliquid emere, aut vendere: nihil enim nocuum mentis Virgini adferre potuit fraudulente illius in paradiso facta emptio, ubi vili cuiusdam pomi, ad sui pretio primos parentes emit (*Gen. 3*); quod si columbas in templo Christus hominibus vendi passus non fuit (*Ioann. 2*), multo minus Virginis columbam diabolo vendi permittebat, quam iam ipse prius inaequabiliter praevisi sui sanguinis pretio emerat, et alio redemerat.

Aërea itidem illa David (*2. Reg. 24*), in qua ipse victimas Deo immolare solitus erat, b. Vir-

ginis ab omni peccati contagione liberam conceptionem aperitissime praesignavit: sicut enim grassante peste per infectionem aeris in omnem populum, Davidicam illam aream incontaminatam reliquit; nec secus, quæ beatissima Virgo futura erat area, in qua verus David Christus Dominus victimam sui corporis Deo Patri oblaturus erat, ut dixit David, et refoer d. Paulus ad Hebraeos (c. 10): *Hostiam, et oblationem noluit, corpus autem aptasti mihi. Holocausta pro peccato non tibi placuerunt; tunc dixi: ecce venio: quamvis infestissima peccati originalis pestis omnes Adæ filios infecit, illam nihilominus omnino intactam, et ab eius contagione immunem reliquit. Lamina deinde, quam Deus fieri præcepit ex auro purissimo atque alicuius vilioris metalli permixtione, ut in ea sanctum nomen eius imprimeretur; sic enim ait sacer tuxus (Eccl. 18): *facies et laminam de auro purissimo, in qua exculpes opere caelatoris sanctum Domino, eandem Virginis immaculatam conceptionem praefiguravit; nam sicut lamina illa ad digne in se suscipiendum nomen Dei scriptum opere caelatoris, oportebat ex purissima auri materia nullo vili metallo permixta confici; ita etiam potiori iure oportuit, ut quæ in suo ulero susceptura erat non nomen Domini exaratum opere caelatoris, sed ipsum Dominum Spiritus sancti opera hominem factum, nullo unquam adulterio peccati metallo fuisset permixta.**

In vastissimo etiam illo regno Aegypti, sacra Genesios (c. 47) commemorat historia, solam terram sacerdotalem fuisse ab omni tributo, ac vectigali liberam, quod perspicue satis hoc ipsum mysterium praesignavit: nam sicut ibi propter honorem sacerdotalis muneris immunitas erat a tributo terra illa sacerdotum, potiori quidem iure propter honorem summi sacerdotis Christi Domini sacerdotalis terra b. Virginis immunitas omnino esse debuit a peccati originalis tributo. Praesignavit deinde libertatem b. Virginis in sua conceptione libertas illa servi Iobiani, qui liber effugit ex infelici illa calamitate, quæ ruente domo, importuno ventorum flatu concussa, ubi filii Iob aderant, omnes pariter peremittit, quam ruinam peccati originalis calamitatem praefigurasse docet d. Gregorius lib. 1. super cap. 16. Iob; sicut ergo ibi effugit servus unius Iobi (c. 10), ut mortem filiorum ei nunciaret: *Effugi ego solus, ut nunciarem tibi; ita toto genere humano ruente ab infestissimo peccati originalis vento concusso, sola Virgo inter puras creaturas calamitatem illam universalem effugit, ac nuncium suae immaculatæ conceptionis nobis attulit. Tandem, cum b. Virgo praefigurata fuerit per coelestem Hierusalem, de qua Ioannes (cap. 21) dixit: *Nihil inquinatum introibit in illam, et doctor Paulus (Gal. 4): Quæ sursum est, Hierusalem, libera est, quæ est mater nostra: nec enim Christus Dominus Ilius est servæ sicut Ismael, (Gen. 16) sed liberae, qua liberatione ipse matrem suam praemagnifice liberavit. Cum tamen adumbrata fuerit (Cant. 4) per turrim Davidicam, ex qua mille clypei pendebant: per fortem illum Iael (Iudic. 4) tempora Sysarae clavo confodientem: per insignem illam Iudith (c. 13)**

Holofernis caput proprio eius gladio viriliter amputantem: per paradysum terrestrem (Gen. 3) a maledictione terræ immunenem: per templum Salomonis (Ezech. 1.), in quo malleus non est auditus: per thronum saphyrynum Ezechielis (Ezech. 1.): et per eburneum Salomonis (2. Paralip. 9): per rubum Moysis ardentem sed nunquam combustum (Exod. 3): per solem tenebras nescientem: per coelum omnis peregrinae impressionis expertus; ac per alia per multa, quibus scaten divina eloquia. Ex his christiana pietas rationabiliter sibi persuadet, Deiparam Mariam praeservatam fuisse in sua conceptione ab omni labe peccati originalis: unde apud salis existimo huic argumento accommodari posse verba Salomonis, qui de muliere illa forti Mariam adumbrante loquens, dixit (Proverb. 31): *Non extinguetur in nocte lucerna eius, non timebit domus suae a frigoribus nivis: byssus, et purpura indumentum eius, fortitudo, et decor indumentum eius. Bene inquit, Lucerna eius non extinguetur in nocte, quia b. Virginis anima ab instanti suae conceptionis inextinguibilis lucerna fuit, ardens semper, et lucens, ac peccati originalis obscuram noctem omnino nesciens: subiungit: *Non timebit a frigoribus nivis: byssus, et purpura indumentum eius (ibid.), quia candido innocentiae bysso, et purpureo habitu charitatis adversus peccati frigiditatem indulta erat. Ac tandem addit, fortitudo, et decor indumentum eius (ibid.), ut significaret, quod sicut vestimentum undique corpus circumdat, ita insignis, ac inextinguibilis Mariae fortitudo omne genus peccati facile superans, velut amictus beatam Virginem undique semper circumdedit. Cui sit honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.**

HOMILIA VIII.

Varia sacrae Scripturae loca, ad eandem illibatam Virginis conceptionem illustrandam, secundum mysticum intelligentiam, pulchre explicantur.

Dum d. Bernardus (de Assumpt. et super missus) beatam Virginem Collum appellat, in non obscure nos docet, verba illa (Cant. 7) sponsi ad sponsam, *Collum tuum, sicut turris eburnea*, secundum mysticum interpretationem de b. Virgine apte exponi posse. Scio Ripertum abbatem in hunc modum ea explicare: *Igitur, o dilecta, collum tuum, quod est humilitas tua, turris eburnea, id est, fortissima est, atque pulcherrima, quam respiciens Altissimus, dedit tibi gemellos istos, dulces hincullos, duo vera haec, virginitatem, et foecunditatem. Verum alio tendit nostra expositio: comparat enim Virginem collo, quia sicut collum nunquam est non coniunctum capiti, nec caput nunquam est non influens vitam in collum; ita sane b. Virgo nec per momentum extitit non coniuncta capiti suo Christo Domino, neque per momentum caput hoc cessavit vitam gratiae in illum influere; nunquam ergo peccatum divisit collum hoc a capite suo, ad quod significandum*

comparavit ibidem eandem sponsus turri Davidicæ, quam, ut adnotavit Gregorius Nyssenus (ser. 7 in Can.) ad hostium adventum praevidendum, simulque ad irruentium impetum repellendum rex David opibus, et scientia rei militaris polens, in monte Sion extruxerat; unde, sicut turrim illam adeo praemunit, ut lebaeacum nunquam eam dominari posset, ita sane tot Christus Dominus fortissimam divinae suae gratiae propugnaculam Matrem suam praemunit; ut neque potentia, neque industria, aut machinamenta aliqua diaboli illam expugnare, et a capite suo dividere unquam poterint. Sed et aliter etiam explicemus hanc colli nomenclaturam, ut praesenti argumento multifariam, multisque modis inserviat; collum sane erat b. Virgo, sed collum daemoneis iugo nunquam subiectum, nec ferrea illius catena, qua omnes filios Adæ, tamquam mancipia devinxerat, oppressum; sed aurea potius divini amoris catena, multis grajalium gemmis, margaritisque virtutum distincta, decoratum erat: ut plane indicant verba illa eiusdem sponsi (Cant. 1): *Collum tuum sicut monilia. Hanc ergo auream gratiam, et virtutum catenam nos ex isto eburneo collo suspendimus. Collum enim est Maria, et ideo indifferens ad utramque, cum neutram opinionem damnet Ecclesia; ego tamen illud praeracissimum ornamentis induam. Audio enim Habacuc (c. 3) dicentem: *Denudasti fundamentum eius usque ad collum: quasi diceret: quamvis cetera omnia membra fuerint gratia denudata, collum tamen, sicut et caput, denudatum non est; quia nec Christus per caput, nec Maria per collum significati, divina gratia unquam caruerunt.**

Locus etiam ille Canticorum, qui in ore omnium versatur (Cant. 2): *Sicut liliū inter spinas, sic amica mea inter filias*, praesenti argumento satis conveniens est, quia, sicut liliū oritur inter spinas, ab ipsis tamen non pungitur; ita b. Virgo, etiamsi in sua conceptione a progenitoribus peccati spinis confixis oriatur, ipsa tamen, velut coeleste liliū, peccati originalis spina confossa, aut aliqua eius punctura lacerata minime prodit. Ita explicant hunc locum gravissimi doctores. Nam Adamus de sancto Viatore dixit:

Salve Christi sacra parens,
Flos de spina, spina carens
Flos spinet gloria.
Nos spinetum, nos peccati
Spina sumus oronati,
Sed tu spinas nescia.

Similia tradit Sedulius libro 1. Paschalis Carminis, dum ait:

Et, velut e spinis mollis rosa surgit acuta,
Sic Heva de stirpe sacra veniente Maria,
Nil est, quod laetiet Matrem; haeres servat honorem.

Plinius (lib. 21. cap. 19. et lib. 23. c. 4.) liliū naturam describens, affirmat, liliū virtutem habere efficacissimam contra lepram, contra ulcera, et contra ignem sacrum, ne proserpat, necnon contra serpentinum morsum. Non secus beata Virgo, cum concepta fuerit sicut liliū

inter spinas, ea divinae gratiae virtute praedita fuit, ut nec peccati originalis lepra, nec antiqui serpentis morsus quidquam ea laedere poterint. Quod si quispiam miretur, quomodo, si Virgo liliū est, cuius tanta esse noscitur teneritudo, ut nec minimum ferat contactum cuspidis, quin perforetur, quomodo, inquam, in sua conceptione resistere potuit antiqui serpentis brachio adversus eam sagittam vibranti? Certe id non virtutis humane b. Virginis fuit, sed virtutis illius (Iob 14), qui potuit facere mundum de immundo conceptum semine, ut Iobianis verbis utar. Possumus etiam non incongrue per has spinas intelligere eas, quae capiti nostri Servatoris affixae fuerunt, quibus suavissimum b. Virginis liliū praeservavit, ne illud daemon contractaret, peccatorumque feræ pedibus conculerent; unde est illud Isaiae (c. 44): *Dabo in soliditatem cedrum, et spinam, et myrtum, et lignum olivæ, ut videant, et sciant, et recogitent, et intelligant patres, quia manus Domini fecit hoc: id est, cum in conceptione sua Mater mea sola videatur existere, ita ut nemo ei praestet auxilium, tunc manu mea circumdabo illum cedro, spina, et myrto; quae quidem arbores, ut inquit Lyra, et Adamus, et alii interpretes, quia incorruptibiles sunt, significat animam Virginis non fore peccato corruptendam: circumdabo etiam illum olivæ, quae signum est victoriae, ut illa Virgo victoriam de omnibus peccatis comparasse delectetur.*

His adnecto egregium illud Canticorum locum (Cant. 7): *Comae capitis tui, sicut purpura regis vincula canalibus*. Aristoteles dixisse fertur, hominem esse arborem inversam, cuius radices sunt capilli: certe ad eum modum, quo radices sunt principia arboris, ad eundem principia vitae capilli appellantur. Ait ergo sponsus: *Principia vitae Virginis, hoc est, conceptionem fuisse velut comas purpureas, ac regias vincetas canalibus, hoc est, purpureo sanguini Christi regis regum, veluti ostro tinctas, quia ex Christi sanguine, et meritis Mariana conceptio fuit immaculata, et ab infestatione antiqui serpentis omnino libera. Ob cuius benefici largitatem ipsa debitas gratias Deo agens, usurpare sibi poterat verba illa David patris sui (Psal. 40): *In hoc cognovi, quoniam voluisti me, quoniam non gaudebit inimicus meus super me. Me autem propter innocentiam suscepisti, et confirmasti me in conspectu tuo in aeternum. Primum opus, quo Deus manifestavit amorem ferventem ergo Matrem suam, fuit, illam ab originali peccato praeservare, ne diabolus gloriaretur, sub peccati tyrannico iugo eam habuisse: idque sibi voluit verba illa (ibid.): *quoniam non gaudebit inimicus meus super me. Id autem, quod subdit: *Et confirmasti me in conspectu tuo in aeternum (ibid.), indicat in Maria reperitum fuisse copiosam illum gratiam, quam Adam perdidit, non quasi nullo, ut per aliquod temporis spatium datam, sed in aeternum confirmatam: unde ipsa omnes ad hoc singulare prodigium intendum invitans, dicit (Psal. 63): *Venite, audite, et narrabo quanta fecit Deus animae meae; quae autem haec fuerint, revelavit illa, Deus sancto Iob (c. 38) cum illum interrogavit: Numquid gyrum Arcturi poteris dis-*****